

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

CCLXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

ter eum averfari ipfa vidit, constitui cupiat, dici non potest. Sed & ita aliquando nobiscum urget Electorem ad ferid agendum in rebus Calvinisticis, ut saepe optimi principis, in angustiam redacti, & officium suum promittentis, misereat. De Lautenbachio quod scripsi ad Dn. Thomam, factum est maturè, antequam Dn. Schopperi mentio facta fuit; & scripsi tantum, affulgere nobis spem promovendi illum. Malè igitur faceret, si ad illud nunc descenderet. Ego planè in ea sententia persisto, Dn. Schoppium esse Doctori Philippo adjungendum. De D. Kemnatio nihil adhuc cognoscere potui, licet occasionem dederim Electori, de eo colloquendi. Sed tantum respondebat: *Er hat mir das Herz gar gestolen.* Quod reliquum est, cum propter festinationem D. Suleeri claudere cogar Epistolam, vos omnes DEO commendo, paratus ad omne officium, D. D. Philippo, ubi advenerit, præstandum. M. Ulrico jam scribere non possum, rogo igitur, ut his quoque sibi responsum, & satisfactum existimare velit. Heidelbergæ, 14. Septemb. Anno 79.

T. R. H.

*observantiff.*

Petrus Patiens.

CCLXIV.

*S. D Reverende & clarissime vir, compater carissime.*

Cum brevi ex his terris me in cœlestem patriam migraturum sciam, adhuc semel invisere loca, quæ puer perreptavi, & fratri ac fororibus coram valedicere volui. Cupio autem cum Davide Razio Wormatiense discipulo tuo colloqui. Oro igitur, ut jubeas eum, proxima die Solis aut Lunæ 23. vel 24. Septembris, Menzingam expatiari, & apud fratrem meum Josuam divertere, eumque præmonere, ut superius hypocautum nobis ad bidui aut tridui habitationem apparet. Mea tibi officia vicissim constant. Si quid de patriæ ecclesiæ aut scholæ statu *úgiorozoz* habes, quæso significes. Nam tabellarius, cui haud dubiè aliquid dedisti, in itinere mihi non occurrit. Bonè vale, Manheimiæ ad Neccari & Rheni confluxum.

David Chytræus.

CCLXV.

*Salutem in Servatore Domino.*

Veniunt in celeberrimam Academiam vestram, viri clarissimi: Generosi Barones ab Eck, &c. ut ibi uberiorem ingenii cultum percipiant. Quia  
Gggg  
verò